

Declinationē i vtroq3 numero  
Sed et sui numeros quoq3 con/  
fundit nec mirum quia relatiuū  
est et sic ex antecedēte gen<sup>o</sup> ⁊ nu/  
mer<sup>o</sup> p̄t sciri. **Demonstratiuū**  
ē qd̄ primā noticiā facit de re vt  
qr̄do q̄s fecit **Ego** vel tu r̄ndet  
**Relatiuum** quod secundam no/  
ticiam facit vt is de quo iā dixi  
**Item** pro nominatiuo ipse repe/  
ritur ip̄sus

Tantum duo sunt pronomiā gē/  
tilia nostras et vr̄as **Que** a plu/  
rali deriuantur quia gentez vel  
patriam significant que multoz  
sunt **Qui** gentile nō venit p̄pter  
numeri confusionem **Item** sinco/  
pa in pronomiib<sup>9</sup> reperitur vt  
tuum pro tuorum

**V**erbum quid ē ps  
oracionis **Cum** tē/  
pore ⁊ persona sine  
casu agere aliquid  
aut pati aut neu/  
trum significans

**Verbum** pro signato **Est** pars  
oracionis. dictio apta nata igre  
di oracionem latinam. **Cū** illis  
accidentibus tempus persona  
**Sine** illo accidente casu **Signi/  
ficans** agere sicut verba adiuua  
pati sicut verba passiuua commu/  
nia significant vtrumq3 **Et** depo/  
nentalia vnum vel alterum aut  
neutrum sicut verba neutralia

**Verbo** quot accidit **Septē**

**Que. Qualitas Cōiugacio De  
nus. Numerus. Figura temp<sup>o</sup>  
persona**

**Prustianus** octauo maioris po/  
nit verbi octo accidentia **Que**  
sunt. **Significacio** siue genus tē/  
pus modus species figura cōiu/  
gatio persona et numerus **Spe/  
ciem** s̄b qualitate quo ad formā  
comprehēdere possumus **Modū**  
s̄b q̄litate donat<sup>o</sup> claudit **Quali/  
tatem** **Prustianus** s̄b modo ⁊ spe/  
cie comprehendit

**Qualitas** verborum in quo  
**Est** in modis et in formis  
**Item** cum queritur de verbo cu/  
ius qualitatis **Non** est simplex  
danda responsio sed respondēdū  
illius modi illi<sup>9</sup> forme. **Qualitas**  
enim in modum et in formam di/  
uiditur

**Modi** qui sunt. **indicatiu<sup>9</sup>** vt  
lego. **Imperatiuus** vt lege. **Op/  
tatiuus** vt vtinam legerem. **Cō/  
iunctiuus** vt cum legam. **Infini/  
tiuus** vt legere. **Impersonalis**  
vt legitur

**Modi** sunt diuerse iclinationes  
cum varios eius affectus demō/  
strantes **Modi** verborum quin/  
q3 sūt **Prim<sup>o</sup>** dicit<sup>o</sup> **indicatiu<sup>9</sup>** q̄  
i eo v̄bū ipositū ē. **min<sup>o</sup>** **obediū<sup>9</sup>**  
**Alī** mōi ab eo formāt vnde sig/  
nificant verba illius modi p̄ mo/  
dum **indich<sup>9</sup>** vt legit hī lest

Imperati<sup>9</sup> le  
plenam sent  
adocione ali  
quoq3 eius m  
m significati  
Tercius ope  
uerbiū opti  
oprante dign  
merio impati  
nificant eni  
opracionis vt  
ich lē  
Quartus cōiu  
coniunctionem  
quirit et hēque  
veneris recipis  
Quintus dicit  
nam imperdior  
Item impersonal  
ab adiuua et n  
vel absolutam  
solam nalcit m  
gis a misero n  
o deponentali m  
niant a verbis d  
normalis nisi fer  
cepte adionis nec  
positis  
Indicatiu<sup>9</sup> qua  
pitur  
Indicative vt v  
Interrogatiue  
Dubitatiue et  
Consecutiue vt  
proficit si stude  
Imperatiuus p  
modis  
Imperatiue fac  
Dubitatiue epa r

**I**mperatiu' secundus quia per se plenum sensum facit et nō egz addicione alicui' signi. Verba quoqz eius mōi per modū imperij significant vt lege les

**T**ercius optatiuus dicit qz ad uerbiū optādi requirit **E**t quia optante dignior est imperans merito impatiuum sequitur significat enī talia vba p modum optacionis vt osi legerē och dat ick lese

**Q**uartus cōiūdiuus dicitur qz cōiūndionem precedentem requirit et sbequens verbum vt si veneris recipies

**Q**uintus dicitur infinitiu' omnium imperfectior

**I**tem impersonale verbū passiuū ab actiuis et neutralib' actiuā vel absolutam vim habentibus solum nascit miseretur enim magis a misereo neutrale venit qz a deponentali misereoz. **N**ec veniunt a verbis defectiuis **N**ec a normalis nisi fero et edo **N**ec ex cepte actiōnis nec a facio cū cōpositis

**I**ndicatiu' quatuor modis capitur

**I**ndicatiue vt venit

**I**nterrogatiue vt est ne bonus

**D**ubitatiue est forsan

**C**onsecutiue vel condicioāliter proficit si studet

**I**mparatiuus ponitur quatuor modis

**I**mparatiue fac ignem

**H**ortatiue eya rumpe mores

**C**onsultatiue vende que habes

**D**eprecatiue miserere mei

**I**ocem est optatiue

**C**oniūdiu' ponitur octo mōis

**A**firmanter cum darem tibi bonus dicebar

**D**ubitanter **C**upiebā nosce qd id esset

**I**nterroganter **E**loqr an aleam

**P**ersuadente **S**i studz vtile erit

**P**ossibilitatem significat fecisse si licuisset

**E**lectiue poti' studerē qz ociarer

**O**ptanter bene veneris ad nos

**I**mpanter vide ne feceris

**H**erundia sunt verba infinitiui

modi sed casualem habent terminationē vnde participialia verba dicuntur **S**upina similiter

**H**erūdia ⁊ supina si a vbis actiuis aut communibus venerint

vt amqz habent significacionē

**A** deponentibus ⁊ neutris vnā

**E**t his eorum noscitur ostrudō

**I**ndicatiuus omia tempora hz

**I**mparatiuus tātum duo quia nullum futurū habet nisi apud

grecos quomodo et nos vti possumus participio preterito passiuo cum imparatiuo presenti vel

futuro verbi sum disiunctiue vt amatus sit vel amatus esto

**O**ptatiuus omia tempora habz sed coniūda aliqua sicut et infiditiuus vnde dicitur vtinam legerem nūc vtinam legerem heri

**N**ā et he sunt vtinā legerē heri sicut pridie vtinam legerem heri

saltem

**C**oniuuctiuus omnia tempora  
habet sicut indicatiuus apud  
nos diuisa licet coiuncta apud  
grecos **I**nfinitiuus quia ꝛ ꝑso  
nis deficit et numeris que acci  
dentia nõ diffinit et eget verbo  
alterius modi vt perfectũ et ali  
quod significet hoc nomen sibi  
vsurpauit

**F**orme verborꝝ quot sunt **Q**ua  
tuorꝝ que perfecta vt lego. **M**edi  
tatiua vt lecturio. **F**regratiua  
vt lectio **I**nchoatiua vt seruel  
co caleſco.

**O**mne verbũ vel primitiue spe  
ciei est vel deriuatiue **P**rimitiua  
**D**onatus dicit perfecte forme.  
**I**nchoatiua verba sunt que in  
icium actionis vel passionis si  
gnificant **E**t plerũqꝫ a neutris  
deriuantur **A**bsolutã passionẽ  
vel inuiscus natã significan  
tibus. ab alijs raro **I**ntegrali  
passionẽ significat licet eius ꝑ  
fectũ sit adiuũ: **M**iseresco a mise  
reo antiquo vbo nõ a misereor.  
**E**t omnia fiũt a scda persona ꝑ  
sentis indicatiui addita eo pre  
ter hisco de hisco. **M**agis ꝑꝑrie  
autẽ meditatiua. i. exercitatiua  
dicẽda sunt. **M**ulta sũt eius ter  
minationes verba minime tam  
inchoatiua vt glisco compesco  
conquinisco cresco pascosco  
disco cozusco nosco quiesco suel  
co fusco **A** fateor fatiscoz deficiũ

eor **O**mnia inchoatiua sunt ter  
tie coiugationis carẽtia preteri  
tis ꝛ ab his formatis ꝛ neutri  
generis sunt **M**editatiua medi  
tationem significat ꝛ terminat  
in vzio et formant ab vltimo su  
pino corripiendo v ꝛ addendo  
rio vt didurio i. meditor dicere  
**O**mnia sunt neutri generis qꝛ  
te coiugationis preteritis et  
suis temporibus carẽtia preter  
claro et parturio

**S**imilis forme sunt staturio lu  
turio prurio ligurio. non tamẽ  
meditatiua.

**F**regratiua sunt que frequen  
am sui verbi significant: termi  
nantur in to so ro. **E**t frequẽter  
formant ex se passiuua **E**t forma  
tur ab vltimo supino perfecti. nõ  
illud ꝑfectum habeat gi in pre  
terito quia tunc ad secundaz ꝑ  
sonam presentis temporis indi  
catiui in gis abiecta s additur  
to vt legito

**I**llud aut supinum si fuerit pri  
me coiugacionis habens lon  
gam a ante tu tunc a debet mu  
tari in i breuez ꝛ v in o vt amit  
to. **A**lias simpliciter mutatur u  
in o vt docto curso

**A** regula supinorum excipiunt  
**Q**uerito a quero ad differenti  
am quesito a queso **F**ecitor scisci  
tor deponentalia ab adiuo scio  
noscito a nosco. **S**z noto as nõ  
excipit **F**ecitor a sequor ad disci  
rentiam nominis secutor.

Que supinis  
frequenti  
egre pau  
reo **Q**uedam  
nantur le  
bico ab al  
duo a fo  
a natio  
**O**mnia sunt  
et plerũqꝫ  
duo ꝑꝑrie  
milia quod est  
scitor lecto  
**O**mnia verba  
marum a  
tur **A**mpliato  
tu venit non e  
**D**ideratiua  
cant significat  
infinitiuus cum  
vilo cupio vide  
facere **C**apello  
cello cupio lacer  
pio arere. **Q**ue  
re coiugacionis  
neris cum suis ꝑ  
**I**mitatiua verba  
deriuantur et fig  
ri vt maribo i  
erilo id est imito  
so ꝑꝑrie greca  
cor capram  
**I**tem nomina  
nantur a vbiis  
ultra onem di  
stantibus  
**M**etallorum n  
deriuantur ab ar  
**R**egatiua arcent  
militis vt **C**orni

Que supinis carent raro habent frequentatiua preter egroto ab egreo pauito a pauco latito a latro Quedam etiam in eo terminantur sed non certe forme vt albico ab albo Vellico a vello fo dico a fodio Nutricor 7 nutrico a nutrio

Omnia sunt prime coniugationis et plerumque adiecti generis quod dico propter volito Et quedam similia quod est neutrum Sciscitor scitor sctor deponentalia

Omnia verba harum trium formarum a verbis perfectis formantur Amplector quis ab amplectu venit non est frequentatiuum

Desideratiua sunt que significant significatum sui primitiui infinitiuo cum verbo cupio vt viso cupio videre Facesso cupio facere Capesso cupio capere. Lacesso cupio lacerare. Arcesso cupio arcere. Que omnia sunt tercie coniugationis Et eiusdem generis cum suis primitiuis

Imitatiua verba a nominibus deriuantur et significant imitari vt matriso. i. imitor matrem Patriso id est imitor patrem Grecis/so imitor greciam Caprisso imitor capram

Item nomina dignitatum deriuantur a verbis adum vel administrationem dignitatis significantibus

A metallorum nominibus verba deriuantur ab aurum aurare

Argentum argentare Et ab alijs multis vt Cornix cornicor fru-

ter fruticor Unda vnto Aqua aquor Pabulum pabulor Bachus bachor Hyems hyemare

Diminutiua sunt que significatum sui primitiui habent cum parum vt sorbillo parum sorbeo. Garrulo parum garrulo Cauillo pro caluillo parum caluo Potillo parum potio

Que omnia sunt prime coniugationis Et habent genus sui primitiui Item donatus solum tres formas deriuatiuorum ponit quia alie vel non a verbis vel secundum certam aliquam regulam non formantur

Coniugaciones verborum quot sunt Tres que prima in a secunda in e tercia in i

Coniugatio est consequens verborum declinatio. Que sunt decem apud grecos. Et dicitur a coniugo

Omnia verba que equali regula declinantur in o vel in or terminantur Est in o et secundam personam in as faciunt prime sunt coniugationis vt amo amas

Sed si in es secunde vt doceo es. Si in is correptam vt lego legis tercie Si vero in producam is quarte vt audio audis

Hec autem quantitas in imperatiuo dinoscitur Quia si fuerit correpta is imperatiui secunda persona in e terminabitur vt lege Si vero in produca manebit terminatio finalis vt audi

Si in or terminatur et aris in se-  
cunda persona presentis temporis in-  
dicatiui habuerint presentis sunt con-  
iugationis ut letor aris. Si pro-  
ducta eris scde ut medeor sed si  
correcta sunt tercie. Diuersitas  
simul in imperatiuo patet luci-  
dus ut vescor. Et si iris quarte  
ut potior. Sunt tamen plurius  
coniugationum aliqua verba vel  
sub significatione eadem vel sub  
diuersa. Sub eadem ut strideo  
scde vel do tercie. Iferueo scde  
vel vo tercie. Tico secunde vel cio  
tercie. Dureo scde vel ro prime.  
Fulgeo scde vel fulgo tercie. So-  
no as et is. Iuuo as et is. Lauo  
as et is. Uno as et unio. Olo is  
et es. Sub diuersis ut fundo as  
et fundo is. Similiter mando et  
sic de alijs.

**Prima que est:** Que in indicati-  
uo modo tempore presentis numero  
singulari secunda persona verbo  
actiuo et neutrali a producta ha-  
bet ante nouissimam litteram. passi-  
uo compositi et deponenti habet ante  
nouissimam sillabam. ut amo as  
amor amaris. Et futurum tempus  
eiusdem modi in bo et in boz sil-  
labam mittit ut amo amabo amor  
amabor.

**Nota** omne preteritum perfectum  
terminat presentem personam in i

**Item** omne verbum prime con-  
iugationis habet in preterito sil-  
labam plus presenti exceptis du-  
obus iuuo lauo quod tamen quoniam  
quod habet lauauit.

**Omne** verbum secunde coniugati-  
onis et quarte similiter tercie in  
iugatione terminatum habet tot sillabas  
in presentis quot in preterito et econ-  
tra. vel habet unam minus in pre-  
terito ut feci.

**Sed** in alijs  
verbis tercie coniugationis vel  
preteritum est par vel excedit. par  
ut bibi scripsi vssi. Excedit ut  
cucurri stertui.

**Omne** verbum prime coniuga-  
tionis a secunda persona indi-  
catiui deponit s et assumit ui ut  
amaui ab amas. Exceptis sede-  
cim. Quorum duodecim scilicet  
Cubo. crepo. domo. mico. plico.  
frico. tono. sono. veto. nero. neco.  
seco. as sillaba deposita. ui diui-  
sas assumunt. Et unum horum duo-  
decim videlicet neco vi habet  
aui. Dimico vero compositum a  
mico manet sub regula. Simili-  
ter plico cum nominibus compositum  
ut duplico.

**Do** dedi cum tribus compositis  
Feto steti que duo geminant prin-  
cipium preteriti cum composi-  
tis i tamen ex e factum in com-  
positis a sto. Iuuo lauo ui habet.

**Omne** preteritum in aui. in supino  
transit in atum ut amatum. Sed  
preteritum in vi diuisim habet itum  
ut ueritum sonitum. nisi presentis in co-  
terminet quia tunc habet atum ut

fridum **E**xceptis duobus plico  
 quod habet itum inquantū ha-  
 bet vi **S**ed pro aui habent atū  
**M**ico quod caret supino **D**o da-  
 tum habet cum tribus composi-  
 tis vt pessūdatum. circūdatum  
**V**enundatum a correpta  
**A**lia autem composita sunt ter-  
 cie coniugacionis  
**S**eo itatum **L**auo lotum lautū  
 vel lauatum. **I**uuo iutum. **P**o-  
 to quoq3 potum habet per sinco-  
 pam **N**exo tamen nexum facit **A**-  
 tono reperitur innotatum parti-  
 cipiū **R**ono et resono in tertia cō-  
 iugacione reperiuntur **C**ompo-  
 sita a sto habent itum preter ob-  
 lito et conlito que habēt atū **V**e-  
 teres tamen per itū et atum om-  
 nia differenter posuerunt. **L**e-  
 tor quoq3 deponentale et que-  
 dam communia huius coniuga-  
 cionis in supino atum habent q̄  
 supina a fido actio formant se-  
 cundum regulas datas leto as  
 aui atum

**S**ecunda que est **Q**ue in indi-  
 catiūo modo tempore presēti nu-  
 mero singulari secunda persona  
**V**erbo actiuo et neutrali e pro-  
 dudam habet ante nouissimam  
 litteram passiuo communi et de-  
 ponenti ante nouissimam silla-  
 bam vt. **D**oceo doces. **D**oceos

doceris. **E**t futurū tempus eius-  
 dem modi in bo et in hoz sillabā  
 mittit vt doceo docebo doceor  
 docebor

**U**num est solum verbum secun-  
 de cōiugacionis quod habz vo-  
 calē añ eo vt cieo quod et quar-  
 te coniugacionis est et dicit cō  
**O**mne verbum secunde cōiuga-  
 cionis terminatur in eo. **E**t om-  
 ne verbum in eo secunde coniu-  
 gacionis ē **E**xceptis paucis pri-  
 me cōiugacionis scilicet meo beo  
**L**aqueo nauseo creoo screeo enu-  
 cleo calceo **E**t duobus quarte  
**E**o quoo cum compositis

**O**mne verbum secunde coniuga-  
 cionis habet vi in preterito di-  
 uisim siue quod in beo termina-  
 tur **D**ebeo **E**xcepto iubeo quod  
 habet iussi **E**t **S**orbeo quod p̄si  
 et bui similiter sorbo dicitur **Q**d  
 in ceo doceo **E**xceptis tribus lu-  
 ceo polluceo xi mulceo si **E**t qd  
 in meo vt timeo **S**imiliter quod  
 in neo vt teneo pres̄ **N**eo neuī **E**c-  
 maneo mansi cuius tamen com-  
 posita e in i mutando seruant re-  
 gulam vt emineo **S**imiliter  
**Q**uod in peo vt teneo **S**imiliter  
**Q**uod in queo vt li queo **P**reter  
 vnum torqueo torxi. **S**imiliter  
**Q**uod i reo vt horreo preter he-  
 reo quod hesi et mereo quod ha-  
 bet metus sum

**Quod in leo vt Tenseo**  
**Quod in teo vt Pateo**  
**Et omne tale verbum supinis**  
 caret preter **Teneo** tentum do-  
 ceo doctum **Careo** caritum vel  
 casum **Toreo** tostum. **Misceo**  
 mixtum similiter mistum. **Ten-**  
**seo** censum **Pateo** passum. **Nisi**  
 etiam habeat itum que est ter-  
 minatio supini huic preterito vi-  
 cina; **Maneo** mansum **Jubeo**  
 iussum **Neoe** netum **Mulceo** mul-  
 sum vel a mulxi mulctum. **Hereo**  
 hesum. **sozbeo** ptum vel itum.  
**Omne verbum in deo** habet vi-  
 diuissim in preterito **studeo**. **Ex-**  
**ceptis** que habent r litteraz an-  
 te deo vt **ardeo** vel longam lit-  
 teram que habent si. vt **rideo**.  
**Excepto** **strideo** **stridi** **Exceptis**  
 etiam que habent breuem e vel  
 i ante deo que faciunt di vt **se-**  
**deo** **video**. **Exceptis** etiam pre-  
 terita geminantibus vt **tondeo**  
**Mordeo** que habent di. **Simili-**  
**ter** que mutam vel m ante e vel  
 o habent. **Liquida** vocalem se-  
 quente: **Hec** tantum mutam vs  
 m r vocalem geminabunt. sic  
**spondeo** **spopondi** **Exceptis** eti-  
 am neutropassiuis **prandeo** qd  
 quandoq; **prandi** quandoq; **pra-**  
**sum** facit. **Audeo** **ausus** **suz**  
**Et gaudeo** **cuz** regula **gausus**  
**sum** facit.  
**Et omne preteritum in vi supino**  
 caret vel habet itum. **Sz** quod  
 di vel si in preterito habet facit  
 sum. **Quod** etiam geminat in

sum facit **Ecdeo** tamen **Ngemi-**  
**nat** **Strideo** caret.

**Omne verbum in geo preteritum**  
 in vi diuissim facit **Indigeo** **Ri-**  
**geo**. **Exceptis** l vel r ante geo  
 habentibus vt **Algeo** **urgeo** q  
 si. faciunt; **Et** que diptongum  
 habent vt **Augeo** **Uel** longaz  
 litteram ante geo habent que fa-  
 ciunt xi vt **Lugeo** **frigeo**: tamen  
 refriguit inuenitur.

**Et** que vi habent supino caret;  
 que si habet in preterito. faciunt  
 sum. **Indulgeo** tñ etiam r tum  
 habet **Et urgeo** nullum. **Que**  
 xi tum et frigi caret supino.

**Omne verbum in leo vt doleo**  
 vi habet in preterito per diuissim  
 sillabas; **Exceptis** mutam an-  
 te leo habentibus vt **pleo** **Im-**  
**pleo** que faciunt eui. **Sic** leo sic  
 oleo cum compositis vt **Deleo**  
**aboleo**: que tamē vi conuictum  
 similiter habent quandoq;.

**Et** que habent vi diuissim supi-  
 nis carent. **Uel** in itum faciunt:  
 vt ab oleo composita. quando l  
 vi preteritum habent; **Uel** etiaz  
 doleo soleo. valeo. **Quorum** ta-  
 men **Soleo** preteritum habet cir-  
 cumlocutum; **Que** vero in eui  
 preteritum habent faciunt etum.  
**Adoleo** autez **adulctum** format

**Unum verbum in queo vt co-**  
**queo** cum compositis in si preteri-  
 tum facit. et sum vel tñ supino;  
**Liqueo** tñ licui habet

Omne v  
 in vi  
 voueo  
 In som  
 in tum  
 pris cau  
 retinent  
 ter vi eia  
 peritur fe  
 cione terra  
 vi habec  
 rent  
**Depono**  
 communia  
 nis diuolca  
 lupinorum  
 cellaria **Co-**  
 a preteriti  
 rum forma  
 sunt regul  
 verbi vere  
 formatur q  
 gulam secu  
 vi diuissim h  
 supino itum  
 ab hac scia  
 ratum facit  
 eum facit  
 cit **Et** me  
 num nulla  
**Tercia**  
 vicarius m  
 numero sin  
 na verbo ad  
 repam vsi

Omne verbum in vco preteritū  
in vi coniunctim facit vt faueo  
voueo

In formatione quoqz supini vi  
in tum mutat simpliciter Exce  
ptis caueo et faueo O ante tum  
retinentibus serueo tamen pre  
ter vi eciam hui habet qz etiā re  
peritur serbeo Et tertia cōiuga  
tione seruo dicitur Et conuueo  
vi habet et xi ambo supinis ca  
rent

Deponentalium vero et  
communium. Preterita ex supi  
nis dinoscuntur vnde et in eisde  
supinorum est magis sciencia ne  
cessaria Congruit tamen et ipsa  
a preteritis vel fidorum a diuo  
rum formari quorum iam date  
sunt regule sic veritum supinum  
verbi vereor a fido a diuo vereor  
formatur quod per primam re  
gulam secunde coniugacionis  
vi diuisum habet in preterito et  
supino itum Excipiuntur tamen  
ab hac fida formatione reor qd  
ratum facit. m sercor quod miser  
tum facit. fateor quod fallum fa  
cit Et medeor quod habet supi  
num nullum

Tercia que est. Que in in  
dicatio modo tempore presenti  
numero singul'ari secunda perso  
na verbo a diuo et neutrali i cor  
reptam vli produā habet an

te nouissimam litteram. passiuo  
communi et Deponenti pro i lie  
tera e correptam vel i produā  
habz ante nouissimam sillabam  
vt Lego legis Audio audis Le  
gor legeris Audioz audiris Et  
futurum tempus eiusdem modi  
in am et in ar sillabam mittit vt  
Lego legam Legor legar Audio  
audiam Audioz audiar

Nota nullum verbum tertia cō  
iugacionis terminatur in eo vn  
de meo i ante o habet sicut aio  
Et in quio v ante io. Cetera in  
io conlonantes habent precedē  
tes veputa e facio d. Ifodio g fu  
gio p Cupio r Pario t Quatio  
v quoqz o Preuenit suo

Omne verbum in cio pre  
teritum facit in xi Pellicio pelle  
xi cōspicio Exceptis elicio quod  
elicui habet Similiter elicit et  
pellicuit reperitur

Exceptis eciam que a breuem  
ante cio habent que faciunt cū  
compositis suis omnibus eci vt  
facio inficio

Et omnia atum habent in  
supino preter elicio quod facit  
itum Et si a ante cio habuerint  
et a si niliter añ dū i supino hnt



Composita vero que i ex a fa/  
ciunt ante cio vt inficio e ante  
duz seruabūt in supino vnuer  
saliter. Exceptis in. do. et in go  
terminatis vt Decido exigo

Omne verbum habens a  
in presenti etiā habebit illud in  
supino quibus etiam mutet in p/  
terito perfecto vt facio. Et hec  
regula tenet in omni coniugatiōe  
In dio vnum est vt Fodio cuz  
compositis di preteritū formās  
Omne enim verbum di in pre/  
terito habens format supinum  
in sum Solo verbum do temp  
to cum compositis Fodio tamē  
follum habet per duo ff

*pro*  
In Bio gi et itum habet vt Ifu  
gio cum cōpositis

*pio*

Et omne vbum in Pio vt Ra/  
pio vi diuisim habet in preteri  
to Exceptis Capiō cepi Cupio  
cupiui cum compositis Et  
omne tale supinum in ptū facit.  
Sapio sapiui sapiui vel sapiui de  
pto. Quod itum correptā habz  
Et cupio quod productam ituz  
habet Quod quondam quarte  
coniugationis fuerat.

Omne verbum habens Pi phi  
vel mi in preterito habet ptū in  
supino.

*rio*

In Rio vnum Pario peperī pi  
tum vel partum in supino ; qd  
antiqui in quarta coniugatiōe  
posuerunt

*tio*

In Tio per si preterituz facit et  
per sum supinum vt Quatio p/  
cutio ff geminata.

Omne enim preteritū in  
si supinat in sum

Exceptis Vro gero torreo tor  
queo. Et omnia que p ante si.  
habent ptum faciunt supina

Omne vbum in vo habet vi di/  
uisum vt annuo metuo struo et  
fluo demptis que xi habent. Et

Pluo quod vi. vugo quod vn  
gui vel vixi habet. Pifiter iun  
go Tinguo linguo stringuo cū

compositis xi ; magis tamen se  
cundū terminationem go sunt  
vhitata Et omnia habent supinū

vtū; Svo abluo; Ruo tñ etiam  
ruitū habet Sic arguiturus le  
gitur. Fluo fluxum. Et que xi

habēt vt struo struxi dū faciūt.  
Sic Toquo xi dū Liquo liqui  
lidum cum cōpositis; Plura tñ

vi habentia supinis carent vt  
metuo annuo ; Multa in Svo  
sicut illa in go coniugant.

Et que in quo sicut illa in co.  
Omne verbum in bo facit prete  
ritū in bi vt Bibo lambō scabo

Exceptis compositis a cubo q  
m hñt ante bo r vi habent diui  
sim vt discumbo discubui depo  
nendo lrām m Exceptis etiaz q

habent longā lrāz ante bo que  
habent phi vt nubo nuphi ; Et  
que habent bi. vel bui in prete  
rito habent itū in supino. Que  
phi habent ptū.

*ro*

Omne verbum in co longa vo/  
cali precedēte co. habet xi in pre  
terito vt duco. N precedente hz  
xi vt vinco. S vero precedente  
mutat sco in vi diuidit vt pas

co ascisco consuesco osuenui e' sū  
**Exceptis** v'bis inchoatic forme  
 vt feruesco que p'teritis 7 supi  
 nis carent. **Exceptis** etiā illis  
 v'bis conquinisco qd solū habz  
 xi disco 7 posco geminant 7 ha  
 bent ci **Compesco** dispesco que  
 habent vi diuisim. **Disco** prete  
 rito caret. **Parco** solum habet r  
 ante co 7 parū vel pepci facit;  
**Ico** ici habet. **Omnia**  
 p'terita in ci vel xi transeunt in  
 dū. **Et** p'terita in vi in tū tran  
 seunt **Disco** posco cōpesco dispe  
 sco. i. disco **Agnosco**. itū faciunt  
 in supino. **Repetitur** tam ignosci  
 tū 7 agnotū. **Disco** carz. **Agnosco**  
 cognosco itū faciūt **Ico** itū  
**Parco** parsum facit

**omne verbum in do prete**  
**ritū in di facit.** **Excepto** tñ diuisi  
 do quod si facit. **Exceptis** etiā  
 pendo tendo 7 tundo cuius pe  
 nultima p'teriti lōga reperitur.  
**Que** cū geiatione di faciūt  
**Exceptis** etiam que ante do lō  
 gam habent lrām quoz in si fi  
 unt p'terita vt ledo ludo. **Pre**  
**ter** cudo strido que di habent.  
**Reperitur** 7 stridui a strido. et  
 mandui mandidi vel mandī a  
 mādō. **Sido** nullā habet **Cedo**  
 cessi vel cecidi; **Pedo** cū cōpo  
 sito vt oppedo pepedi oppedi.  
**Composita** a **Do** geminata di  
 faciunt vt addo reddo sic inter  
 dum prendo **Sz** si diprō  
 gus precesserit si sit p'teritū vt

claudo. **Repetitur** et claudeo.

**Vel** v pre do habentia que ve  
 ro sub prima manent regula.

**N** littera mediante vt **Scindo**  
**Fundo Fundo Inuenitur** etiā  
 scicidi **Cado** cecidi. 7 **rudo** ru'  
 di absq; supino.

**Et** omnia supina in sum faciūt  
 exceptis a **Do** compositis que  
 itum habent geminantia prete  
 ritum. **Sic** abscondo sum. **Et**  
 p'teritorum **N** deponentiū q/  
 rum lōga est penultima **Supia**  
 vnum s habent ut **Studi** susuz  
**Tundo** tū cum cōpositis etiaz  
 n seruat **Si** breuis uero duo  
 s ut scissum fissum. **Sic** 7 pan  
 do passum facit. **Tendo** tensum  
 uel tentum sic et composita; **Et**  
 edo esum et estum **Composito**  
 rum vero eius quedaz sum ha  
 bent 7 quedam stum. **Cedo** ces  
 sum; pedo pesum uel peditum  
 secundum artem; secunduz usū  
 nullum

**Omne** uerbum in **Do** habet xi  
 in p'terito ut **Mingo** **Pingo**  
**Demptis** que habēt r ante go.  
 quia talia si faciunt ut **Mergo**.  
**Spargo**. **Tergo**. **Etiam** dicitur  
**Tergeo**; **Preter** composita a  
**Rego** ut surgo erigo **Que** sub  
 prima regula manent et habēt  
 xi.

**Demptis** etiam **Pungo** **Pāgo**  
**ago** **Frango** **Lego** **Tango** que  
 gi cum cōpositis faciūt. **Preter**  
**Intelligo** **Diligo** **negligo** que  
 faciunt xi. **Repetitur** tñ negligi.

**F**ango quoniam pepigi quan-  
 doq; pegi sicut et compositum  
**I**mpingo **E**t fungo pupugi qd  
 tamen etiam repungi habz. sicut  
 et expungo sic compositum eius  
 repungo **D**ego degi facit **E**t om-  
 nia in xi 7 gi preterita in dum su-  
 pinat sic fingo si dum. **D**at. figo  
 tamen fixum **E**t frigo frigitum **E**t  
 vniuersaliter n ante go i vel a p  
 cedente i supino n ante dum de-  
 ponit. **F**rango. **T**ingo. **M**ingo  
 tingo **P**ango remotis et plango  
 cum clango **E**t composita a lego  
 mutant e in i preter duo scilicet  
 perlego et relego **F**ic et duo ab  
 ago retinent a vt perago satago  
**P**ago inuenitur sine n pro paci-  
 scoz **I**nterlego pro intelligo  
**O**mne verbum in ho. xi preteri-  
 tum facit. **E**t in dum supinum  
 vt **T**raho traxi veho vexi tra-  
 dum vedum  
**O**mne verbum in lo per vnum l  
 vt colo habet vi in preterito di-  
 uisim **S**ed per duo **L** psallo vel  
 lo li facit **E**st muta precesserit p  
 teritum geminat vt **C**ello vl cel-  
 leo ceculi **T**ollo tuli **S**ic et tulo  
**N**ollo tamē sustuli habet vsus  
**V**ello etiam habet vullsi psallo  
 psalli fallo falli  
**E**t omne lo per simplex l cum fa-  
 cit in supino vel caret **A**lo tamē  
 etiam itum habet **E**t per duplex  
 l. sam. **E**rcello ercessum percello  
 percussam collo sblatum accomo-  
 dat **P**sallo habet nullum sic no-  
 lo et volo a quo tamen vultus

**F**allo fallum habet  
**O**mne verbum i mo preteritum  
 suum in diuersas vi vt vomo ge-  
 mo nisi penultima longa fuerit  
**T**unc enim psi facit vt como su-  
 mo **E**mo emi dat. **P**si facit pmo  
**E**t verba in vi supinant in itum  
**I**n psi vero i ptum **E**mi emptū  
**P**ressi pressum  
**O**mne verbum in no preteritum  
 in vi facit coiūctim vt sterno **L**i-  
 no sino lino tamen etiam lini ha-  
 bet et liniui et cano cecini  
**Q**ue vero g vel o habent ante  
 no vi diuisim habent in preteri-  
 to vt **S**igno pro quo geno dix-  
 runt antiqui **D**ono a quo etiā  
 posui preteritum reperitur apud  
 plautum  
**S**ic a cano composita vt succio  
**O**ccano ponit sal **P**robis quo-  
 q; preteritum eius ponit occini.  
**N** vero ante no psi facit  
 vt temno  
**E**t omne verbum in vi di-  
 uisim itum facit **D**emptis a ca-  
 no opositis q tum faciunt n pce-  
 dente **S**ic et cano cantum. **P**si  
 dat prum temno. **E**t vi coniun-  
 ctim similiter vt eretum a cerno  
**O**mne supinum in tum  
 quod fit ex preterito in vi p vnā  
 sillabam habet penultimam pro-  
 dudam. **E**xceptis ser cum suis  
 compositis quitum litum itum  
 litum **T**icum sacum

Omne verbum in po in pñ. fa-  
cit preteritum vt **C**arpo carph  
**R**epo repñ. Si tamen e breuis  
po precesserit vi diuisim facit vt  
**S**repto strepui **C**repto crepui.

**E**t si m. pi **R**umpo rupi dirum/  
po dirupi.

Omne preteritum in vi. in ituz  
facit supinum; **P**i 7 pñ prum  
dat

Omne verbum in ro preterit in  
vi coniundim vt tero quero

**D**emptis quatuor **H**ero gessi.

**U**ro vsñ **C**urro cucurri **V**er/  
ro ri vel si. **Q**uero quoq facit  
quesiui. **E**t sero etiã vi diuisim  
facit cum compositis diuersa si-  
gnificatione **E**t omne tale supi-  
num in itũ facit **H**ero **U**ro stũ  
**C**urro **V**erro sum

**Q**uero quesitum **H**ero satum.

**C**uius composita vi coniundiz  
habẽtia itũ dant **I**nserui insertũ.

**S**ed que vi diuisim etum fa-  
ciunt **I**nserui insertum. **T**an-  
tum in quatuor supinis. a ante-  
tum corripitur **S**atum ratum  
datum statum.

Omne verbum in so desiderati-  
uum sui in preterito habet vt  
**L**acesso arcesso. que tñ etiam in  
si reperiuntur.

**D**esideratiua tñ illa viso capes-  
so **F**acesso si faciunt **S**ic 7 que  
so cuius tñ preteritũ quesui po-  
nitur sicue primitiui quero.

**P**inso habet pinsui. **E**t omnia  
in iui itum habent. **E**t in si: sum  
in supino **P**insui quoq pistum

**Q**ueso supino caret.

Omne verbum in to si c pcedat  
in xi preteritũ facit vt **F**lecto  
**P**lecto **D**emptis pecto 7 ne-  
cto xui facientibus. quandoqz  
etiam xi. sed 7 pectui a pecto re-  
peritur.

**D**uo verba e breuem habentia  
inueniuntur. quorum peto peti-  
ui. et mellemfeci. hũe melliui me-  
to cum cõpositis facit

**S**ed 7 duo r ante to habent.

quoz sterto vi diuisim: 7 verto  
verti facit; **M**itto quoq. misi.

**E**t sisto steti format cũ neutrale  
h quando adm est deficit.

**E**t omnia in xi vl xui preterita  
in rum supinant: **V**erti suz fa-  
cit; sterto nullum; peto petitũ  
7 Meto messum facit; **M**itto qz  
missum; sisto caret pprio.

**I**n vo verbũ si l precedit vi for-  
mat 7 vtum vt soluo. **V**oluo.  
**V**aluo **E**tetera xi formãt et dũ  
vt **V**iuo vixi.

**I**n Xo duo simplicia in vi diui-  
sim preterita facientia. quorum  
alterum in rum alterum in tuz  
supinum facit **D**eruz **T**ertum  
a nerui terui

**D**eponentialia quoqz et cõmu-  
nia huius coniugationis ver-  
ba suo modo sicut in coniugati-  
one secunda dictum est sigen-  
do vocem adiuam quo ad ali-  
quid sunt coniuganda; **P**re-  
terea in orsum faciunt supina  
**O**rdior orsũ. ingredior ingressũ

**In** rior vt **O**rior **M**ozior cum cō  
positis terciē quarte coniugaci/  
onis **S**ic et composita ortum et  
mozitum habent **O**rturus tan/  
tum futurum habetur. Et moz  
tuus tantum preteritum

**In** tior **vnū** terciē et quar/  
te coniugacionis vt potior poti/  
tum sed passum patior

**In** vor **fruo** **fructum**  
fretum fructum. loquor quoq; **q**  
sequor vtum faciunt

**In** bor **plum** habēt. eupho/  
nie causa **b** in **p** mutando **L**abor  
lapsum

**In** scor **in** antepenultima  
a vel i vel e correptam habentia  
in **am** faciunt supina **P**aciscoz  
padum **E**xpergiscoz quia a per  
go venit habet experredum **E**c  
am tamen expergitū **M**anciscoz  
eciam n deponit alia vero tñ ha  
bent iratum natum veritum ob  
licum

**E**xceptis adeptum ab adīpiscoz  
**D**efessum a defatiscoz **C**ommen  
tum a cōminiscoz reminiscoz su  
pino caret **E**c si remētum exigat  
ratio

**In** gor mutant gor i **am**  
vt fungoz **am**  
in. tor vocali precedente  
tor in sum mutat vt oz vsu. **E**  
nitor nitorum quandoq; facit **In**  
dor faciunt rum vt compledo  
complexum

**U**bi possūt hec discerni **N**ec  
in imperatiuo et i infinitiui mo  
do statim discerni possūt **U**trū  
i litteram correptam habeāt an  
productam **N**am i littera correp  
ta si fuerit in e conuertitur **P**ro  
ducta si fuerit non mutatur **E**st  
quando terciā coniugacio futu  
rum tempus non in am tantum  
**S**ed eciam in bo et i bor **A**llabā  
mittit. **I**nter d. i cum i litteram  
correptam non habuerit sed pro  
ductam vt eo is ibo queo quis  
quibo eam vel queam

